

## (11) De vicario rectoris.

I

Quanto sapientibus et reverendis pluribus Universitas<sup>1</sup> gubernatur, in alio debeat relevari. Idcirco cum rectores<sup>2</sup> [propter] multa et varia negocia Universitatis graventur et honerentur non modicum<sup>3</sup>, et<sup>4</sup> eorum<sup>5</sup> facta et comoda neglecta relinquunt<sup>5</sup>, statuimus, quod quilibet rectorum possit sibi vicarium eligere, constituere et ordinare, et electus recusare non possit, sed recusans non probata legitima causa penam subeat privationis [commodorum Universitatis per annum]<sup>6</sup>. Quem vicarium rector possit remove, mutare, aliumque sibi eligere, et dictus<sup>10</sup> vicarius personam sui rectoris representet in litibus et questionibus, et ceteris omnibus causis; sententias diffinitivas absque rectoris consensu et mandato proferre non possit, nec aliquid agere contra rectoris voluntatem. Quod si fecerit, rectoris arbitrio puniatur, et acta per eum dicto modo nullam habeant firmitatem, nisi per rectorem postea<sup>15</sup> comprobentur.

Predictus autem vicarius<sup>7</sup> si officium exercuerit per sex menses, immunitate unius anni, si per annum, completi<sup>8</sup> triennii gaudeat, qua gaudent et rectores perpetuo.

Anmerkungen: I, Rub. 11. B fehlt. P I, 22 fast wie oben, mit Incipit: 'Quanto sapientioribus viris et magis reverendis Universitas gubernatur'.

<sup>1</sup> Hs. 'Universitatis'.

<sup>2</sup> Hs. 'rectoris multa que varia'. Ergänzung aus P.

<sup>3</sup> 'non modicum' fehlt in P.

<sup>4</sup> P 'nec eorum facta et comoda omnino relinquunt'.

<sup>5</sup> Hs. 'relinquunt'. <sup>6</sup> Aus P.

<sup>7</sup> P 'per tempus quo officium exercuerit, ea immunitate gaudeat qua perpetuo debent gaudere rectores'. Dann noch einige Bestimmungen.

<sup>8</sup> Hs. 'completum'.

(12) De consiliariis eligendis et de electionibus consiliariorum, et quo tempore sit eorum electione facienda et que prohibent esse consiliarium<sup>1</sup>. Rub.

Quoniam sicut canones (F. 11<sup>b</sup>) attestantur, quod integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, et quod a pluribus sapientibus petitur facilius invenitur, Salomone eciam hoc dicente: 'omnia<sup>25</sup> fac a consilio et non peniteas post pactum'<sup>2</sup>: statuerunt antedicti rectores quod in eadem die in qua eliguntur rectores, in sequenti die vel saltem infra triduum quilibet rectorum ex<sup>3</sup> subiecta sibi qualibet natione sibi unum consiliarium expertum in studio virum, providum et discretum faciat assignari, quorum consiliariorum consilio necessitatis tempore<sup>30</sup>



1 Iperfruatur, et <sup>4</sup> ille tunc sit consiliarius qui sue nacionis plurimum quam alius voces habeat. Quod si paritas esset in vocibus pluribus, alteri gratificet suus rector.

Porro <sup>5</sup> ne per inperitos Universitas gubernetur, statuerunt, ne <sup>5</sup> scolares, qui in primo anno ad studium pervenerunt, nisi essent persone taliter in discrecione sublimes, cum quibus rector, qui eorum debet consilio relevari, crederet dispensandum, [in consiliarios eligantur]. Et <sup>6</sup> si de consiliaria vel de nacione nullus esset in studio, vel si est, non tamen illi officio conveniens iuxta rectoris arbitrium, tunc rector <sup>10</sup> ipse de sufficienti consiliario illi consiliarie vel nacioni provideat <sup>7</sup>, quod tamen illi nacioni vel consiliarie non noceat in anno sequenti, si de illa scholaris esset in studio. Et si unus solus esset in studio, ille se possit offerre, et rector teneatur recipere eciam annis pluribus successive, ubi non sunt de nacione consilarii duo vel plures in studio.

<sup>15</sup> Qui fuerit consiliarius uno anno <sup>8</sup>, in sequenti consiliarius esse non possit; alias autem electus hoc officium recusare non possit cuiuscumque status vel professionis existat, nisi rationabilem causam habeat, quam si rector suus approbet, teneatur (F. 12) de ipsius veritate iurare, Consiliarius <sup>9</sup> autem infirmus presens in studio vel alias corporaliter <sup>20</sup> impeditus vel se absentans animo redeundi infra mensem, non possit alium subrogare, nec rector subrogatum admittere; qui, si recedit animo non redeundi vel non infra mensem, tunc in <sup>10</sup> presencia sui rectoris et notarii alium subroget per ipsum notarium cum aliis describendum, et tunc subrogantis officium, etiam si infra mensem vel post redeat <sup>11</sup>, <sup>25</sup> sit finitum. Quod si sic non subrogaverit, rector de illa nacione vel consiliaria subroget alium loco illius, quem constat recessisse animo non redeundi vel quia abfuit ultra mensem. Idem in illo servetur qui propter infirmitatem ultra mensem impeditus est officium exercere.

Anmerkungen: I, Rub. 12. B I, 14 ('De numero consiliariorum et nacionibus, ipsorum electionibus, excusacionibus et subrogacionibus'), Incipit und Anfang verschieden, das Folgende grossentheils wie oben, aber länger. P I, 46. 47 (Incipit wie oben bis 'invenitur'), nur einige Sätze wie oben; I, 52 ('De absentatione et subrogatione consiliariorum') umgearbeitet.

<sup>1</sup> Hs. 'proibant esse consilarii'.

<sup>2</sup> Vulgata 'factum'. Eccli. 32, 24.

<sup>3</sup> Von hier bis 'voces habeat' in P I, 47.

<sup>4</sup> Dieser und der folgende Satz auch in P.

<sup>5</sup> Umgearbeitet in P I, 46 (dort 'duobus annis'), woraus Ergänzung.

<sup>6</sup> Am Rande: 'Rector providet de consiliaria vacante.' Was oben bis zum Schlusse folgt, in B (272, 25) ebenso, aber mit Zwischensätzen; fehlt in P, wo andere weitläufige Statuten.

<sup>7</sup> Hs. 'providerat'. <sup>8</sup> Hs. 'annuo'.

<sup>9</sup> Am Rande: 'de infirmo consiliario'. Aehnliches bietet P I, 52.

<sup>10</sup> Hs. 'im'.

<sup>11</sup> Hs. 'redeant'.



## (13) De numero consiliariorum et nacionum. Rubrica. I

Cum multitudo sit canonibus inimica, et grave sit ut in re<sup>1</sup> dubia certa detur sententia: hinc est quod volentes certum numerum ponere nacionum, statuimus quod quilibet scolaris iuris canonici vel civilis<sup>2</sup> esse debeat<sup>3</sup> et iurare. Et si forte extra illas decem naciones existit oriundus, tunc per sacramentum suum, cui in hoc stabitur, magis sibi vicinam nacionem eligere teneatur.

Naciones<sup>4</sup> de quibus premittitur, sunt hec: Theotonicorum duas habens voces, Boemorum, Polonorum, et Ungarorum, Provincialium,<sup>10</sup> Burgundium, Anglicorum cum Scottis unam, Cathalanorum cum Hyspanis unam, et Ultramarinorum<sup>5</sup>.

Citramontanorum vero naciones sunt hec: Romanorum, Siculorum, Marchie Anconitane cum tota Romandiola, Lombardorum, Mediolanensium, Tuscorum, Marchie Trivisine [sic], Aquilegen[sium], Veneta,<sup>15</sup> Dalmacie.

Adicimus eciam ut si in aliqua supradicta nacione unus (F. 12<sup>b</sup>) tantum in Universitate fuerit, rector<sup>6</sup> debeat illi duos adiungere, quos tamquam nacionis sue scolares in omnibus tractatibus admittere teneatur.

Statuimus<sup>7</sup> quod in iuramento doctorum contineatur hoc capitulum: 20 quod si quando a rectoribus contingeret ipsos contraria mandata recipere, rectoris Ultramontanorum mandatis teneantur potius obedire; quod si quis doctor vel doctores huic statuto non obtemperaverit, per continuum triennium sint exclusi sine spe restitutionis a studio Paduano.

Anmerkungen: I, Rub. 13. **B** I, 5 spricht von den Nationen, aber natürlich verschieden und in anderer Verbindung. Ebenso **P** I, 2. Hier werden 22 Nationen aufgezählt; in der Hs. 1381 mit den Statuten vom Jahre 1463, fol. 4, geschieht die Aufzählung betreffs der Ultramontani wie oben; betreffs der Citramontani ist zu bemerken, dass in den jüngeren auch Apulia als Nation erscheint (oben vielleicht durch Schuld des Abschreibers ausgelassen) und die von Aquileja mit den Dalmatinern verbunden werden. Da und dort erscheinen bei den Ultramontanen neun Nationen mit zehn Stimmen, und zehn Citramontani. — Es ist zu bemerken, dass im obigen Paragraphen nur indirect von dem 'numerus consiliariorum' die Rede ist.

<sup>1</sup> Hs. 'iure'.

<sup>2</sup> Hs. 'civilis'. 'De decem nacionibus' ist zu verstehen: 'cuiuslibet Universitatis'. <sup>3</sup> Hs. 'dicat'.

<sup>4</sup> Hs. setzt bei 'nota'. Zweifelsohne stand das Wörtchen in der Vorlage am Rande. <sup>5</sup> Hs. 'Ultramontanorum'. <sup>6</sup> Hs. setzt 'et' bei.

<sup>7</sup> Dieser Paragraph gehört nicht hierher und war in der Vorlage zur Hs. wohl nur am Rande nachträglich geschrieben.

10 naciones  
ultram.  
citram.